



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Die Universität Paderborn**

Quellen und Abhandlungen von 1614 - 1808

**Freisen, Joseph**

**Paderborn, 1898**

VII. Die Schulgebräuche der niederrheinischen Ordensprovinz - 1704.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-8008**

sequitur forma promotionis: Quod igitur etc. Ego N. N. auctoritate Apostolica, Caesarea mihi per Facultatem Theol. communicata uos SS. Theol. Licentiatus dico, creo, facio ac palam pronuntio eiusdem Theol. Doctores, dans uobis potestatem cathedram ex officio ascendendi, S. Scripturam ac Theol. docendi, disputandi et cetera, quae communia sunt cum forma creandi Magistros. Vltimum, quod petit, est forma programmatis, quam hisce inclusam Rtae. V. mitto. Balduinus Xandrin pridie paschae factus est Subdiaconus super Canonicatu in Kylburgh. Johannes New latus degit inter PP. Carthusianos, omnibus charus, quibuscum me Rtae. Vrae. precibus ac Sacrificijs commendo 29. April. Treuir.

Salutem plurimam R. P. Rectori (quem resalutat P. Joannes Petri) item P. Joanni Schönero, Lud. Vesterhold, Neulandt ceterisque omnibus PP. MM. FF.

Rtae. Vrae. in Christo seruus  
Christophorus Euerardj pp. <sup>1)</sup>

## VII.

### Die Schulgebräuche der niederrheinischen Ordensprovinz — 1704.

Die folgenden Satzungen sind entnommen den Consuetudines Provinciae Rheni Inferioris Jussu et Auctoritate Admodum Rdi Patris nostri Thyrsi Gonzalez. Recognitae et approbatae anno 1704. Sie enthalten 9 Capitel. Caput I. De ordine quotidiano, Caput II. De iis quae per certos Hebdomadae dies vel

<sup>1)</sup> Ausser diesem Briefe wurden noch andere zwischen den Paderborner Jesuiten und den anderen Fakultäten gewechselt. Der eine ist von P. Hugo Wolfurt in Dillingen, vom 24. Aug. 1615, adressiert: Reverendo Patri in christo P. Hermanno Bauingh Collegij Societatis Jesu Rectori Paderbornae. Derselbe bespricht die zu gründende Universität Paderborn, deren etwaige Privilegien und verspricht die abschriftliche Zusendung der in Dillingen zu Recht bestehenden Privilegien. Eine Ausführung dieses Versprechens ist der Brief des Pater Christoph Grenzing in Dillingen 1617 Cal. Martij (Vgl. oben S. 73). Ein anderer, aber nicht vollständig erhaltener Brief handelt über den typographus Academiae und die zu druckenden Bücher. Beide Briefe sind aufbewahrt im Mnscrip. der Theodor. Pa. 89.

mensis, Cap. III. De iis quae templum concernunt, Cap. IV. De iis quae ad refectorium et mensam pertinent, Cap. V. De iis quae spectant ad aegrotantes ac defunctos nostros, Cap. VI. De iis, quae ad Scholas referuntur, Cap. VII. De Sodalitatibus, Cap. VIII. De Candidatis ad Societatem aspirantibus, Cap. IX. De litteris, diversisque Scripturis. Dix Consuetudines sind enthalten in dem Mschr. der Theodor. Pa. 122. Ich teile wegen des Zweckes meiner Arbeit nur Caput Sextum und Septimum mit. <sup>1)</sup>

### Caput Sextum.

De iis, quae ad Scholas referuntur.

1mo. Communia Superioribus praesertim facultatibus habentur nonnulli quae uti sequuntur, observare consuevere.

2do. Postridie S. Mariae Magdalenae incipiunt vacantiae Caniculares in Scholis Superioribus, humaniorum vero litterarum studiosis arbitrio Superioris conceditur in aestu magno, ut media hora citius tempore antemeridiano egrediantur, et a prandio una hora serius ingrediantur. Lectiones tamen consuetae non omittuntur.

3tio. In festo St<sup>i</sup> Michaëlis facto pridie lectionum fine hora stata. Convenitur ad Sacrum ordinarium, eoque finito a discipulis cantu Gregoriano Te Deum Laudamus canitur, et cum Venerabili canitur et datur benedictio.

4to. Post festum omnium SS<sup>um</sup>. et animarum Fidelium campana Ordinaria Scholarum studiosi convocantur, leguntur ascendentes et suus Classi cuilibet Magister adest. Tum itur ad solenne de Spiritu St<sup>o</sup> Sacrum hora consueta et intersunt cum discipulis Professores. Curandum vero, ut quo ad fieri potest, ubique eodem tempore ac modo scholis detur initium.

5to. Postera vero die Professores omnes faciunt professionem fidei ritu consueto, acceptaque Superioris benedictione suam singuli doctionem auspicantur, et ut idipsum in omnibus quoque Seminariis observetur, quo ad fieri poterit, curatur.

6to. Die Jovis ante Quinquagesimam ordinarie tota die dari solet recreatio: post diem Cinerum vero media tantum die, eo quod tribus antecinerualium diebus assidui sint in templo

<sup>1)</sup> Auch Pachtler, Monum. Germ. cit. p. 409 teilt Cap. VI. und VII. mit. Ich gebe den Abdruck aus dem Mschr. der Theodoriana.

et oratione tam discipuli quam professores, caeterum dantur aliae recreationes, uti praescriptum est in regulis et ordinatio- nibus diversis.

### Consuetudines Theologicae.

1mo. Ordo inter Doctores Theologiae, cum fiunt actus Collegii nostri, servatur is, qui in Collegio est usitatus, cum autem totius Academiae actus celebratur, ordo servatur usitatus Academiae.

2do. Duo Theologiae Professores Scholasticam docentes, mane singuli una frequentant hora; repetitio domestica est omni die, excepto Sabbatho, pridie festorum, ipsisque festis ac diebus recreationis: si discipuli dubia non proponunt, professor ea movet.

3tio. Disputationes menstruae et hebdomadariae habentur iuxta librum studiorum, 1mo. quopiam die post Calendas non impedito: quae pro gradu intercedunt, hebdomadariae sunt loco. Menstruae durant per duas horas mane, et totidem a prandio: ubi autem tres defendunt philosophi, media hora additur, idque utroque tempore, hebdomadariae per duas a prandio habentur. Quae sunt pro gradu Baccalaureorum vel parvo ut vocant actu, per duas mane ab hora Octava ad decimam: alicubi tamen Disputationes hebdomadariae habentur mane per sesqui horam: pro gradu Doctorum, vel magno actu habentur tota die, uti menstruae, et tum illo mense, quo sunt habitae, non est alia deinde menstrua.

4to. Disputationibus menstruis, hebdomadariis et pro gradu interest etiam Professor Scripturae sacrae saltem una hora, qua alioquin Docturus esset.

5to. Lectio Hebraea alicubi habetur in schola theologica post scripturam, alibi alio loco eo tempore quo in schola docetur sacra Scriptura. Audiunt illam 2di anni Theologi: Academia seu repetitio habetur die recreationis per mediam horam, alicubi die Sabbathi hora prima pomeridiana: Theologiam scholasticam omnes audiunt: Sacram vero Scripturam 3tii et 4ti anni Theologi, casus autem primi et 2di anni.

6to. Examen Theologorum nostrorum incipit postridie Virginis assumptae, a prandio tempore repetitionis, quae ideo omittitur. Examinantur thesibus ex materia eo usque tradita propositis singuli per mediam horam, qui primi sunt et 2di anni, qui 3tii per horam. Qui defensuri sunt ex Theologia quarti anni per totam uti supra diem: non examinantur, si

satisfecerint in Disputatione, alii vero per duas horas examinantur iuxta librum.

7tmo. Qui pro Theologia audienda ex repetitione Philosophiae veniunt, examinantur ex omnibus Thesibus, idque per horam qui vero ex scholis veniunt, theses ex tota dant Philosophia et similiter examinantur.

Stavo. Repetitiones lectionum theologiarum, quae quotidie fiunt iuxta regulam, communiter habentur illa hora, quae lectiones pomeridianas immediate antecedit, nec omitti debent, etiamsi quatuor tantum forent auditores Theologiae. Post Vacations Autumnales non fit haec repetitio, nisi ab utroque scholastico Professore duae lectiones habitae fuerint, id est tertia die ab initio docendi. Post Vacations autem natalitias, paschales et similes quamprimum instituitur haec repetitio primo die de iis quae ante Vacations has tradita sunt, repetitis.

#### Consuetudines Philosophiae.

1mo. Ordo inter Professores Philosophiae hic servatur, ut primo loco sedeat Metaphysicus, 2do Physicus 3tio Ethicus et Mathematicus 4to Logicus. In actibus Academicis ordo servatur Academiae ac Facultatis.

2do. In docendo servatur ordo iuxta ea, quae in libro sunt praescripta, Mathematicus et Ethicus suas habent repetitiones iis horis, quibus alias docerent. Ethicus lectiones producit usque ad finem Coursus: Cum futura est Hebdomadaria disputatio a prandio, docet mane loco ordinario in physica Mathesin: Suas vero Mathematicas Demonstrationes habet eo tempore, quo Theologi a scholis vacant, ut iis interesse possint: thesibus porro menstruis addit et suam Ethicus.

3tio. Semper complent Professores tempus suum in docendo: duas scilicet horas ante et post prandium; nisi tempus hoc Disputationi publicae dandum sit, idque illis locis, ubi biennio cursus absolvi solet et illis locis quoque, ubi 3tio anno usque ad festum Purificationis frequentatur: etiamsi vero mane in Metaphysica solennes Disputationes fuerint, die Sabbathi tamen temporis aliquid impenditur examinando Catechismo.

4to. Disputationes solennes ex universa Philosophia tantum quatuor quinque aut sex, iique per Examinatores probati, approbatae habent: licet interdum etiam privatim disputaturi totidem admitti possint: nullus tamen super numerum admittitur, nisi sit nobilis vel religiosus ex iis, qui gradum respuunt. Examen porro ante, sicut liber praescribit, de nostris faciendum.

5to. Quoad Catalogum promovendorum sex primis, qui uti supra prae aliis fuerint approbati, seorsim positus, reliqui ponuntur ordine alphabetico. Ordo autem a Praeceptore et Examinatoribus factus exhibetur Superiori approbandus: si qui impressas theses defendere volunt permittitur, ut eo tempore, loco, modoque, qui Patri Rectori et Praefecto ex usu videbitur. Si tamen et hi uti superius, rite examinati, probatique fuerint ex Logica et Physica paucis hoc alicubi indulgetur.

6to. Aemulatione praerogativa conantur Professores suos excitare more inferiorum classium.

7tmo. Adesse debent etiam Discipulis professores die Vacationis in templo, quo eos deducunt. Scripta Catechetica suorum nonnunquam lustrant, et ipsam lectionem interdum visitant in delinquentes pro discretione advertunt et non tam virgis nisi res, ut privatim fiat id postulaverit, quam aliis poenitentiis. Vel si gravius deliquerint, etiam Carcere ac inedia puniuntur, praemonito tamen Superiore.

#### Consuetudines Inferiorum Classium.

1mo. In omnibus Classibus docetur per duas horas cum dimidia ante et post prandium, pulsu tamen a renovatione studiorum sc. mense Novembri ad quadragesimam usque una hora maturius a Meridie, nimirum hora prima facta, qui mensibus reliquis hora 2da fieri solet. Professor linguae graecae statum habet pro Rhetoribus, Poetisque tempus, Magistri vero reliqui suos quisque docet ea, quae de lingua hac singulis praescripta sunt classibus.

2do. Quantum fieri potest, urgentur sedulo examinatis etiam schedis<sup>1)</sup> ad Confessionem singulis mensibus faciendam idque ad primam fere Dominicam mensis vel maius aliquod Festum.

3tio. Affixionem Superiores classes singulis annis habent, unam in classe sua privatam in festo Nativ. Dominicae, publicam alteram in festo SSmi. Corporis Christi, eam tamen ante Praefectus Scholarum lustrat, caveturque ut quo ad sumptus moderatio servetur.

4to. Catechismum die Veneris docent professores ipsi excepta Rhetorica et humanitate, quarum discipulos in una Classe prae-

<sup>1)</sup> Beichtzettel. Ein solcher findet sich in dem Ms. der Theodor. Pa. 55.: Logicus Hermannus Brachum sum confessus pro sodalitate Mariana R. P. Wirico Hiltropf. Anno 1665.

fectus vel alius a Superiore designatus docet: scholarum vero inferiorum praeceptores exhortationem habent ad suos per mediam horam, quia Rhetores et poetae ducuntur cum philosophis ad concionem academicam.

5to. Etsi ascensus generalis unus est circa festum omnium Sanctorum, in duabus tamen scholis inferioribus, qui apti sunt et multum eminent ascendere etiam ad festa paschae praemunito Superiore, possunt.

6to. In Septembri vacant hebdomadibus singulis integra die, sicut per menses aestivos communes incipiunt vacationes cum classibus Superioribus. Resumuntur lectiones post festum omnium SSrum. et fidelium defunctorum, uti superius. Cum a prandio tantum vacant philosophi; inferiores docent toto tempore antemeridiano, consuetoque tempore suos ad Sacrum ducunt.

7timo. Ad Sacrum porro ducuntur Ordinarie discipuli post scholas antemeridianas et sub hoc post Elevationem clara voce cantant: prius tamen ab iis, quorum interest, bene instructi.

8tavo. Diebus Sabbathinis discipuli humaniorum Scholarum hora 3tia a meridie dimittuntur, et ordine consueto eunt ad templum, cantant ibidem Lytanas et qui voluerint, confitentur, postea vero cum paedagogis domum abeunt.

9no. Ad laudes, quae in templo nostro cantantur, discipuli infra Syntaxin per hyemem non astringuntur, in aestate tamen et ipsi cum Magistris suis iisdem adsunt. Professores vero philosophiae cum suis in hyeme pariter et aestate intersunt.

### Caput 7timum.

#### De Sodalitatibus.

1mo. Sodalitates in plerisque Collegiis variae sunt: aliquae Sodal. Studiosorum, aliae Dominorum, aliae Civium vel iuniorum opificum, aliae matronarum vel Devotarum, uti etiam Agoniae.

2do. Devotae in templo nostro, quamdiu aliud incommodum metuendum non erit, inter Sodales binas mediae, sub Sacro certo solent votum Castitatis emittere, cum Superiores annuerint eorum Confessariis, et certum ac modestum ferre habitum, non tamen a nostris praescribendum, subque cura (quantum quidem leges nostrae permittunt) nostrorum Spirituali vitam pietati suae conformem agere.

3tio. Singulae Sodalitates habent suos praesides e Societate, a quibus certis diebus ac horis tum exhortando, tum aliis exhortationibus ad pietatem instituuntur.

4to Studiosorum Sodalitates conveniunt hora prima a meridie diebus Dominicis. Dominorum solennioribus tantum festis hora 3tia, aliae hora sibi consueta.

5to. Festa sua ut plurimum celebrant in templis nostris aliae, quae etiam pro indulgentiis a Concionatore promulgandis alios invitant ad Solennitatem, aliae in suo ubi mos obtinuit, hoc praestant Oratorio, vel scholastica Gymnasii aula; habita tamen indulgentiarum ratione, quam innuunt data in aliquot Provincias responsa Romana.

6to. Peculia Sodalitatum ferre a Thesaurariis quibusdam, uti vocant, ex eodem caetu delectis asservant, de quibus deinde dant rationes illis, quorum interest aerario Sodalitatis invigilare: ubi vero curam eorum habent nostri, apud Superiorem deposita et obserata asservantur, et rationes redduntur patri Provinciali.

7timo. Praesidibus cavendum est, ne quid novi, maioribus praesertim sumptibus perficiendum suscipiant, licet hoc Sodalibus forte probantibus, aut consentientibus arrideret, nisi informato prius, ut par est, Superiore, et obtenta ab illo Facultate: quae quidem etiam petenda erit, ut libellum pro strena dandum Typo dare possint.

## VIII.

### Bestimmungen über die Paedagogia.

Manche Scholaren kamen mit geringen Kenntnissen in den Elementen der Grammatik auf die Universität. Die Bursen halfen dem Bedürfnis solcher Scholaren zur Weiterbildung meistens nur recht unvollkommen ab. Es wurden deshalb sogenannte Paedagogia oder Lateinschulen eingerichtet, an deren Spitze der Paedagogus stand.<sup>1)</sup> Diese Paedagogia standen unter der Auf-

<sup>1)</sup> Vgl. Kaufmann, Die Geschichte der Univ. II. 239. Auch der Hofmeister in einer Familie war ein solcher paedagogus. Vgl. Pachtler, Monum. Germ. cit. p. 332 Anm. 2.